



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 2. De Carnis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

à Iapygibus dirimitur Histria. Olim à Venetis dispescebatur Timauo flumine; postea à Carnis Formione Fl. *Rizano* separata est.

NVM 2. *De Carnis.*

NOMEN. Carni apud Liuium *Sarni* nominantur Celtici generis, apud Orosium disertè Gallica gens. Deuidi sunt à Q. Martio Rege Consule an. Vrb. Cond. 635. vt aiunt Epitomistes Liuij, & Orosius.

FINES eorum à Septentrione fuerunt Alpes, vnde dicuntur Alpina gens Floro, Orosio gens sub radice Alpium sita. Olim supra Venetos protensi erant, quando Veneti ad Timauum extensi erant, & Histri continuabantur, vt ex Strabonis lib. 5. intelligitur. Postea ergo his finibus coerciti fuere Carni; à Septentrione Ocrâ monte, hodie *Monte Cesè*; ab Oriente Fl. Formione, *Rizano*; ab Occidente Fl. Tilauempto, *Taiamento*; à Meridie Hadriatici maris recessu, *mare Hadriatico*.

NVM. 3. *De Venetis, seu Henetis.*

NOMEN. Strabo lib. 5. saltem dubitare videtur, vtrum non sint hi dicti à Venetis Gallis. Reliqui scriptores Polybius, Liuius, Melia, Plinius eos ex Asiam cum Antenore accersunt. Erat hi ex Paphlagoniâ pulsi, dictique Heneti, Regéque Pylamene ad Troiam amissi, cum Trojanis quibusdam iuncti, eò appulerunt, pulsisque Euganeis eorum agri partem occuparunt; sic Liuius, sic Strabo. Polybius tamen hanc Henetorum cum Antenore commigrationem explodit. Confirmatur quod hi apud Liuium, Polybium, Plinium semper opponantur Gallicis. Herodotus lib. 1. vocat Henetos Illyricam gentem. Item Dio Chrysost. oratione de Troiâ ait Antenorem in hac regione inuenisse Henetos. Julianus Imp. ait eos antequam Ro. parerent dictos esse Henetos, postea vnam litteram mutatam esse. Regio dicta est *Henetia*, & *Venetia*.

QUALITAS. Quam fuerit fertilis, & populosa Venetia arguit quod ait Scymnus cùm eam vocat *αἰγαὶ καρπίων*, & habere vrbes *περιποτα*. Stephanus in voce *Aelia*, ait pecora bis hic in anno parere, & capras eniti simul 3. aut 4. hædos, & quandoque quinque; Gallinas in die bis oua emittere, quod extremum con-

Yyy ij